UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Edictvm Praefectorum de Nestorii libris non legendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Visual Library

EDICTVM PRÆFECtorum de Neſtorii libris non legendis.

Flauius Anthemius Iſidorus, Flauius Baſſus, Flauius Simplicius Reginus, præfecti edicunt.

C. XLVI. NIHIL imperatoribus noſtris æque gratum eſt, quam per omnia pietatem colere: nec immerito. Quia ſi de rebus gerendis aſſiduè curam habere non refugiunt, ita vt quotidie, vt ſic dicamus, pias noctes dieſque curis continuent: quomodo non magis in cauſa pietatis ac religionis ſummo cum ſtudio id ſeruandum cenſeant? Cum itaque religio quædam abſurda, temeritatiſque & veſaniæ plena oritura videretur, imo vero non oritura eſſet, ſed etiam * ſpeciem ſibi quamdam auctoritatis vindicaſſet; pro ſua prouidentia, ſine vlla perturbatione, ſumma cum tranquillitate, (quod illis inſitum eſt ſemper, & per omnia conſuetum) eiuſmodi correctionem fieri præceperunt, vt auctores quidem ſceleris debita pœna caſtigarent, ceteris vero ita proſpicerent, vt nihil læſi, ſed ſola * admonitione, ſi paruerint, in melius reformati, nihil ex iis quæ poſſident amittant, ſed illam perfectam, & quod caput eſt, æternam, & quæ poſt hanc vitam permanet, poſſeſſionem pietatis, ſi ſtatim reſipuerint, firmiter ſeruent. Quoniam vero humana natura errore ſemel correpta, callidiſque ſermonibus, & de-

* fallaciam

* legis promulgatione,

ΔΙΑΤΑΓΜΑ ΤΩΝ ΕΠΑΡΧΩΝ, * ὥστε μὴ ἀναγινώσκεσθαι τὰ Νεστορίου.

Φλάβιος Ἀνθέμιος Ἰσίδωρος, * Φλήσβασος, καὶ Φλάβιος Σιμπλίκιος Ῥηγῖνος, οἱ ἔπαρχοι λέγουσι.

ΟΥΔΕΝ οὕτω φίλον τοῖς κρατοῦσιν, ὡς τὸ διὰ πάντων εὐσεβεῖν· οἱ δὴ * εἰ τῆς ἐν ταῖς πράξεσι διηνεκῶς ἐπιμελείας καθ᾽ ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, οὐκ ὀκνοῦσιν * εὐαγείας, νύκτας τε καὶ ἡμέρας συνάπτοντες ἐπὶ φροντίσι, πόσῳ μᾶλλον ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς θρησκείας οὐ μετὰ σπουδῆς ἁπάσης παραφυλάττειν ἐγνώκασι; μελλούσης τοίνυν ἀναφύεσθαί τινος παραλόγου τε, καὶ ἀνοίας καὶ τόλμης ἀναμέσου θρησκείας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μελλούσης, ἀλλὰ καὶ ἤδη τινὰ πλάνην αὐθεντίας ἐκδικησάσης, τῇ οἰκείᾳ * προθυμίᾳ, ἄνευ τινὸς ταραχῆς, μετὰ πάσης γαλήνης· ὅπερ ἔμφυτον αὐτοῖς ἐστιν ἀεὶ, καὶ διὰ πάντων φίλον· τὴν τοιαύτην διόρθωσιν γενέσθαι * διέταξε, τοὺς μὲν ἀρχηγέτας τῆς παρανομίας ἐπιτιμίοις τοῖς καθήκουσι σωφρονίσαντες, τῶν δὲ λοιπῶν πρόνοιαν ποιησάμενοι· ὅπως αὖ βλαπτόμενοι μηδὲν, * νουθεσίᾳ δὲ μόνῃ ἐπὶ τὸ βέλτιον πειθόμενοι μεταρυθμισθέντες μηδὲν τῶν προσόντων ἀποκτήσαιντο, τὸ δὲ τέλειον, * καὶ ὅπερ ἄκρον, καὶ ἀΐδιον καὶ μετὰ * ἀποβίωσιν ὑπάρχει κτῆμα τὸ τῆς εὐσεβείας εὐθέως ἐπιγνόντες βεβαίως φυλάξωσιν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὸ ἀνθρώπινον * προληφθὲν ἅπαξ, καὶ συγκινηθὲν δολεροῖς τε λόγοις καὶ χεί-

ροσι

* περὶ τοῦ μὴ

* ἴσ. Φλάβιος Βάσσος

* τὰ ἐν

* ἡμέρας νύκτας ἡμέραις συνάπτοντες

* προθυμίᾳ,

* συνέταξε, ἴσ. συνέταξεν,

* γυμνασίᾳ

* ὅπερ καὶ ἀΐδιον,

* βίωσιν

* συνειρθὲν

ANNO CHRISTI 431.

ροσι λογισμοῖς, δυσπειθὴς, καὶ δεῖ πρὸς τοῦτο καὶ φόβου πολλοῦ, καὶ βαρυτάτων ἐπιτιμίων, τοὺς μὲν παραχαράττοντας τὰ τῆς πίστεως δόγματα, προστάττουσιν ἡσυχάζειν τε τοῦ λοιποῦ, καὶ μεταβουλεύσασθαι κάλλιον, καὶ μήτε αὐτοὺς εἰς τινα τόπον συνιέναι, μήτε ἑτέροις στάδιον ἀσεβείας ἀποδεικνύναι τι τῶν αὐτοῖς διαφερόντων χωρίων, ἢ * ἐν ἄστει ὂν, ἢ ἀπῳκισμένον, ἢ πλησιάζον πόλει, * ἢ ἁπλῶς ἄβατον εἶναι τοιαύτης συνόδου πᾶσαν τὴν γῆν. τοὺς δέ γε ταῖς * φρενοβλαβείαις καὶ συνθέσεσι Νεστορίου τεθειμένοις, καὶ ἐφόδια τῆς πλάνης τὰς βίβλους ἔχοντας αὐτοῦ, οἰκτείραντες μᾶλλον ἢ τιμωρησάμενοι, παραγγέλλουσιν, ἐκεῖνά τε πυρὶ παραδιδόναι καὶ ἀφανίζειν· ὅπως ἂν μὴ μνημόσυνα τοσαύτης πλάνης ἐν τῇ πολιτείᾳ * καλινδούμενα, ἐμπόδια τῇ ἀληθεῖ γένοιτο πίστει· μήτε γράφειν γε ἕτερα, οἷς μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμπεσεῖν εὐαγέστερον· μηδὲ ἐντυγχάνωσι τοῖς τοιούτοις, ἀφ' ὧν ἡ ζημία τοῦ παντὸς τὴν ἀπώλειαν ἔχει. τί γὰρ ψυχῆς καὶ πίστεως προτιμότερον; ἃ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀναγνωσμάτων βλάπτει, καὶ τὸ καίριον τῆς ψυχῆς τυφλοῦντα πρὸς τὸ χεῖρον ἐπείγεσθαι παρασκευάζει. καὶ ἵνα * μηδὲ λάθοιεν εἴ τινες εἶεν, ἢ ἐπίκλησίν τινα ἔχοντες πρόσφορον ὑπομιμνήσκοιεν τοῦ αὐθέντου τῆς δραματουργίας αὐτῆς, εἰς ἀνάμνησιν ἄγοντες, * ὧν κάλλιον παραδίδοσθαι λήθῃ, Σιμωνιανοὺς μὲν αὐτοὺς προστάττουσι καλεῖσθαι, βαρυτάτοις δὲ ἐπιτιμίοις, εἰ παραβαῖεν, εἰς τὸ μέλλον σωφρονίζοντες.

* ἀάσιον,
* ἴσως, ἢ
* φρενοβλαβέσι συνθέσεσι
* κυλινδούμενα,
* μηδὲν
* ἰῶ

terioribus cogitationibus irretita, difficile vt ſanioribus conſiliis acquieſcat induci ſolet, ac propterea metu maiore opus eſt, grauiorique animaduerſione: ideo iis qui fidei dogmata adulterant, in poſterum vt quieſcant indicunt, vt in melius conſilia mutent, & vt neque ipſi in aliquem locum conueniant, neque aliis vllum ad ſe pertinentem locum, ſtadium impietatis efficiant, ſeu in vrbe ſit ille, ſeu remotus, ſeu vrbi proximus; & vt prorſus eiuſmodi conuentibus nulla pars terræ pateat. Ceteris vero, qui inſanis Neſtorii commentis addicti ſunt, & pro erroris * viatico libros illius apud ſe habent, miſereri quam punire malentes, denuntiant, vt eiuſmodi libros igni tradant, penituſque aboleant, ne tanti erroris monumenta ſi in republica volutentur, veræ fidei impedimentum afferant: ſed nec vllos quoque alios deſcribant, in quos ne ab initio quidem incidiſſe longe ſanctius erat; neque eiuſmodi libros legant, a quibus quod exiſtit damnum, totius ſummæ interitum ac iacturam habet. Nam quid anima, quid fide precioſius? quorum vtrumque per huiuſmodi lectionem læditur: & dum animæ præcipuam partem obcæcat, vt ad deteriora labatur occaſionem præbet. Ceterum ne, ſi qui ſint, lateant, neve ſi propria appellatione vocentur, ipſius tragœdiæ auctoris admoneant, & ea ad memoriam reuocent, quæ ſatius erat obliuioni tradere; Simonianorum nomine illos vocandos eſſe decreuerunt; grauiſſime in illos, ſi tranſgreſſi fuerint in poſterum, animaduerſuri.

* fomento

Denique ne edicti huius benignitatem pietatemque ignoretis, & vt regum noſtrorum piiſſimorum prouidentiam intelligatis, qua per omnia ſubditis ſuis conſulunt, ac ſoli dignam pro beneficiis cum in ſe, tum in terrarum orbem collatis viciſſitudinem omnipotenti Deo per fidem reddunt: noſtro huic publico ſcripto, vt moris eſt, legem diuino lumine plenam prælucere iuſſimus. cui obſequentes, vos ipſos a pœnis immunes reddetis, pietatique aſſueti in omne futuri ſæculi ſpatium immortalibus bonis potiemini; tanta aſſecuti commoda, quanta imperator legem ferens, & Deus præterea pie cultus tribuere ſolet.

ὡς δ᾽ ἂν γνοίητε τὴν γαλήνην, τὴν εὐσέβειαν τῶν προστεταγμένων, τὴν πρόνοιαν, ἣν διὰ πάντων τοῖς ὑπηκόοις νέμουσι, τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, τῶν * μόνων ἀποδιδόντων τῷ κρείττονι διὰ πίστεως ἀμοιβὴν τὴν ἀξίαν τῶν εἰς αὐτούς τε καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταβληθεισῶν εὐεργεσιῶν, τοῦδε ἡμῶν τοῦ προγράμματος, κατὰ τὸ εἰωθός, τὸν τοῦ θείου φωτὸς γέμοντα νόμον προλάμπειν προσετάξαμεν· ᾧ πεισθέντες, τιμωρίας ἑαυτοὺς ἐλευθέρους καταστήσετε· καὶ εἰς τὸ μέλλον τοῦ μήκους τοῦ παντὸς αἰῶνος εὐσεβεῖν μαθόντες ἀθανάτοις εὐεργεσίαις προσομιλήσετε, τοσαῦτα ὠφεληθέντες ὅσα τε βασιλεὺς νομοθετῶν, θεός τε εὐσεβούμενος πέφυκεν ὠφελεῖν.

* μόνοι

EXEMPLVM SACRÆ legis piiſſimi imperatoris Theodoſii, aduerſus Porphyrium, ac Neſtorianos, & aduerſus Irenæum Tyriorum epiſcopum.

ΙΣΟΝ ΘΕΙΟΥ ΘΕΣΠΙΣΜΑΤΟΣ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστοριανῶν, καὶ κατὰ Εἰρηναίου τοῦ Τυρίων ἐπισκόπου.

C. XLVII. REGIAM noſtram maieſtatem decere arbitramur, vt ſubditos noſtros de pietate admoneamus. Hac enim ratione futurum ſperamus, vt maiorem quoque Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti fauorem & beneuolentiam nobis conciliemus, ſi & nos ipſi pro viribus illi placere ſtudeamus, & noſtro ſubiectos imperio ad hoc ipſum incitemus. Decernimus igitur, vt quæcumque Porphyrius propria impulſus veſania contra piam Chriſtianorum religionem conſcripſit, apud quemcumque in-

ΠΡΕΠΕΙΝ ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους περὶ τῆς εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν. οὕτω γὰρ καὶ πλείονα κτήσασθαι τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν δυνατὸν εἶναι νομίζομεν, ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ ἀρέσκειν σπουδάζωμεν, καὶ τοὺς ἡμῖν ὑπακούοντας εἰς τοῦτο προτρέπωμεν. θεσπίζομεν τοίνυν, ὥστε πάντα, ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας ἐλαυνόμενος κατὰ τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας τῶν χριστιανῶν συνέγραψε, παρ᾽ οἱῳδήπο-